

mobilibus commodum et utilitatem dominorum tangencia salva nobis et nostris successoribus reservamus. In quorum omnium testimonium presentes scribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Actum Cracouie feria quarta post diem sancti Michaelis (2. Października) Anno domini MCCC quinquagesimo nono. Presentibus hys testibus Iohanne Cracoviensi, Iohanne Woynicensi Castellanis, Floriano Cancellario lanciciensi, Andrea Subiudice, Bodzatha Procuratore Cracoviensi et Thomcone Burgravio de Sanok ac multis alys fidedignis. Datum per manus domini Iohannis Decani et Cancellary Cracoviensis, Scriptum autem per manus Nicolai de Woyborz Notary curie nostre.

Oblata z dnia 25. Października 1773 r. (Acta Castr. Sanocensia Fasc. 153, nr. 3271.) Text oblaty poprawić i sprawdzić było można według oddruku dokonanego podług oryginału a umieszczonego w „Dod. tyg. do Gaz. Lwowsk.“ r. 1853, nr. 46, str. 182—184.

X.

W Krakowie 28. Grudnia 1360.

Kazimierz Wielki potwierdza wilkierz rajców i przysiężników miasta Lwowa.

Nos Kazimirus, dei gracia Rex Polonie, Notum facimus universis presencium noticiam habituris: Quia Consules et Iurati civitatis nostre Lemburgensis nostra de voluntate pariter et asensu nostro speciali statutum seu arbitrium firmiter tenendum fecerunt et observandum, tale videlicet: Quod quicumque aliquem post concordiam habitam interfecerit, infra unum annum et diem ab ingressu seu introitu civitatis illius, in qua tale scelus perpetravit, debetur absentari. Item si quis gladium aut cultellum maliciose evaginaverit aut temere extrahere presumpserit, ille medy fertonis pena puniatur. Si autem coram uno vel duobus Iuratis aut uno Iurato et alio viro ydoneo, licet non Iurato, hoc factum fuerit, tunc idem pena fertonis integri puniatur. Preterea, si quis Iuratorum, ad discordantes veniens, ipsis indixerit et pacem mandaverit habere et illi a lite cessare noluerint, similem penam videlicet debet sustinere unius fertonis ¹⁾. Ceterum quod si tempore incendi seu igne importune exeunte domus alicuius civis predictae civitatis disrupta aut fracta fuerit, vicini cives in eadem parte et linea sibi commorantes, ad quos idem

¹⁾ „penam videlicet debet sustinere unius fertonis“ niewłaściwy szyk wyrazów, być powinno: *penam debet sustinere videlicet unius fertonis.*

posset ignis devenire, ad reformationem et reedificacionem ipsius fracte domus impendere et dare iuvamen teneantur. Item quod quicumque cum lancea, cuspidē, balista, arcu vel alyis quibusvis armis minus iustis ad litem et discordiam accurret in subsidium alicui, ut pena antedicta, videlicet uno fertone, pro civitatis reformatione et melioracione puniatur. Et si quis pro pena transgressorum huiusmodi statuta transgrediencium Advocatum aut Consules vel aliam quamlibet personam supplicare presumpserit, eadem pena, qua transgressores puniantur, et illi debent puniri. Insuper quod domina aut mulier quelibet post mariti sui obitum, cum consanguineis seu cognatis dicti mariti sui quibuslibet utriusque sexus omnes res mobiles et immobiles per medium dividere debet et teneatur. In cuius rei testimonium et evidenciam pleniorē nostrum sigillum presentibus duximus appendendum. Datum Cracouie in die Sanctorum Innocentium Anno Domini Millesimo CCC Sexagesimo.

Oryginał na pergaminie w arch. miasta Lwowa nr. III, pieczęć oderwana.

XI.

W Bieczu 26. Grudnia 1361.

Kazimierz Wielki pozwala Hynkowi sołtysowi z Libuszy założyć nad rzeką Ropą młyn na swoją i potomstwa swego korzyść.

Nos Kazimirus Dei gracia Rex Polonie tenore presencium notum facimus quibus expedit universis tam presentibus quam futuris, Quod considerata probitate Hynconis Scolteti nostri de Lubusza ¹⁾, prope Civitatem Beycz, sibi defectum, quem habet propter carenciam Molendini supplere volentes, ²⁾ in fluvio dicto Roppa, iuxta ipsam villam Lubusza ubicunque conveniencius videbitur expedire, capiēdo dictum fluvium Roppa litore ab utroque Molendinum de novo construēdi, cum quantocumque Rotis poterit, plenam et omnimodam potestatem concedimus de nostra gracia speciali dictum Molendinum eidem, sue Scoltecie, sibi et suis posteris pro sua melioracione adiungentes perpetuis temporibus tenendum, habendum, possidendum, vendendum, donandum, commutandum et pro sua suorumque posterorum voluntate quomodolibet convertendum contradiccione impedimento cuiuslibet penitus non obstante. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est

¹⁾ Porównaj dok. z r. 1348 nr. IV.

²⁾ Nieczytelny wyraz.